

*Scammonij  
preparatio.*

bis: acrius ea soluens postulat. Scammonium generoso vini spiritu more consueto extractum minus est efficax, quam crudum. Melior itaque depurandi ratio est ineunda. Immittatur non contusum, ne fordes difficilius abscedant, aquae alicui odoriferæ calidæ, quæ eius odorem corrigat. Liquetur. In calido mace- retur. Candidum phlegma post biduum separetur. Noua aqua affundatur, dum nil amplius coloris exeat. Abstracta tunc per balneum aquae, in fundo residet scammonium purum & candicans. Ergo ritus preparatoriae corruptionis, ceu Lesbica quaedam regula, ad corrumpendorum naturam accommodandus erit: & in genere ita accipienda singula, ut quæ aliena qualitate damnum minatur, abscedant funditus, ijs solis retentis, quæ proximè amouendis egritudinum causis ministrabunt, haud villo perniciosæ residuæ facultatis metu suspecta. Quod cum artis sit maximè, merito iure reprehendendi hoc loco veniunt ij omnes, qui naturæ principiorumque ignari, manibus illotis inuadunt mystica naturæ sacra, quodque solius est Medici philo-  
sophi.

*Indocti ar-  
tendi sunt  
à medica-  
mentoribus  
prepara-  
tionibus.*